

卷之三

1. **W**erden **W**erden
2. **W**erden **W**erden
3. **W**erden **W**erden
4. **W**erden **W**erden
5. **W**erden **W**erden
6. **W**erden **W**erden
7. **W**erden **W**erden
8. **W**erden **W**erden
9. **W**erden **W**erden
10. **W**erden **W**erden
11. **W**erden **W**erden
12. **W**erden **W**erden
13. **W**erden **W**erden
14. **W**erden **W**erden
15. **W**erden **W**erden
16. **W**erden **W**erden
17. **W**erden **W**erden
18. **W**erden **W**erden
19. **W**erden **W**erden
20. **W**erden **W**erden
21. **W**erden **W**erden
22. **W**erden **W**erden
23. **W**erden **W**erden
24. **W**erden **W**erden
25. **W**erden **W**erden
26. **W**erden **W**erden
27. **W**erden **W**erden
28. **W**erden **W**erden
29. **W**erden **W**erden
30. **W**erden **W**erden
31. **W**erden **W**erden
32. **W**erden **W**erden
33. **W**erden **W**erden
34. **W**erden **W**erden
35. **W**erden **W**erden
36. **W**erden **W**erden
37. **W**erden **W**erden
38. **W**erden **W**erden
39. **W**erden **W**erden
40. **W**erden **W**erden
41. **W**erden **W**erden
42. **W**erden **W**erden
43. **W**erden **W**erden
44. **W**erden **W**erden
45. **W**erden **W**erden
46. **W**erden **W**erden
47. **W**erden **W**erden
48. **W**erden **W**erden
49. **W**erden **W**erden
50. **W**erden **W**erden
51. **W**erden **W**erden
52. **W**erden **W**erden
53. **W**erden **W**erden
54. **W**erden **W**erden
55. **W**erden **W**erden
56. **W**erden **W**erden
57. **W**erden **W**erden
58. **W**erden **W**erden
59. **W**erden **W**erden
60. **W**erden **W**erden
61. **W**erden **W**erden
62. **W**erden **W**erden
63. **W**erden **W**erden
64. **W**erden **W**erden
65. **W**erden **W**erden
66. **W**erden **W**erden
67. **W**erden **W**erden
68. **W**erden **W**erden
69. **W**erden **W**erden
70. **W**erden **W**erden
71. **W**erden **W**erden
72. **W**erden **W**erden
73. **W**erden **W**erden
74. **W**erden **W**erden
75. **W**erden **W**erden
76. **W**erden **W**erden
77. **W**erden **W**erden
78. **W**erden **W**erden
79. **W**erden **W**erden
80. **W**erden **W**erden
81. **W**erden **W**erden
82. **W**erden **W**erden
83. **W**erden **W**erden
84. **W**erden **W**erden
85. **W**erden **W**erden
86. **W**erden **W**erden
87. **W**erden **W**erden
88. **W**erden **W**erden
89. **W**erden **W**erden
90. **W**erden **W**erden
91. **W**erden **W**erden
92. **W**erden **W**erden
93. **W**erden **W**erden
94. **W**erden **W**erden
95. **W**erden **W**erden
96. **W**erden **W**erden
97. **W**erden **W**erden
98. **W**erden **W**erden
99. **W**erden **W**erden
100. **W**erden **W**erden

This image shows a vertical strip of aged, yellowish-brown paper. A thick red vertical line runs down the center of the strip. The paper has a textured appearance with some minor discoloration and small dark spots. Along the right edge, there are four distinct dark rectangular marks, which could be remnants of a binding or part of a stamp.

卷之三

卷之三

卷之三

לְמִזְבֵּחַ וְלְמִזְבֵּחַ

וְיַעֲשֵׂה תְּמִימָה

卷之三

This image shows a vertical strip of aged, yellowish-brown paper. A prominent red vertical line runs down the left side. Along the right edge, there are several dark, irregular rectangular marks, possibly remnants of binding or repair tape.

卷之三

CONF

SECUNDAS NVPTIAS
ERUDITA DOCTRINA ET VIRTUTE ORNATISS. VIRI, IOACHIMI MANARDI,
SONDERSHVSINI, IN SCHOLA PATRIA
CORRECTORIS, CVM PIIS.
SIMA ET HONESTISS.
FEMINA

CATHARINA
SATLERIN.

R. V. D. NICOLAI TOPPII,
SONDERSHVSINI, ECCLESIASTAE O-
lim in inclito oppido Greutzen, p. m. RE-
LICTA VIDVA;

*Votis his Musicis exornant,
perennant:*

AFFINES, AGNATI, COLLEGAE,
ET AMICI.

Festivitas nuptiarum solenniter celebrabitur, Vacu-
nā & Lubentia presentibus, in inclitā Sondershusā, quae
est illust. & Gen. Comitum à
Suartzburg, &c.

A. D. XXVIII. MAI. ANNO HOC:
CID. ID. XCVIII.

R. V. Dno Valentine No
Ecclesie pastori, Iffelden si donat
Ioachimo Manardi Sonq.
Anno 20 Martii ad 1599.

MAGISTER IOACHIMUS MANARDO
SVO IOACHIMO MANARDO,
post luctum nuptias paranti.

Lere decet; sed lege decet defiere migrantes,
Quos scimus verâ porrò quiete frui.
Sic tecum, IO A C H I M E, fleo; tu fusiùs ipse:
At non, ut gentes, flemus uterque Tuam.
Cælesti juncta est cum Numine Margaris usu;
Quo jungi cupimus N O S & in Axe duos.
Fletibus indultum satis ergo, Manarde / parare
Te rursus par est, mi loachime, torum.
Ecce paras / Me, Sponse, vocas; Gnatumq; Magistrum;
Nosq; tori primâ parte sedere cupis?
Vix adero / siquidem crus & mea planta reclamat;
Quæ nondum rectè perficit officium.
Tempore si verò mittet mibi Lipsia Gnatum,
Ad tædas hospes currere promptus erit.
Visere præpes erit semel illam Sondershusam;
Et Zimmermanum visere præpes erit.
Interea gratans veneror pia Numinis votis,
Perpessos luctus ut CATHARINA levat.
Quam levat, en! Costa pro carâ carior intrat!
Pignore pro trino Sponsa ea fætatribus!

M. Christophorus Cesar,
celeberr. Scholæ Halensis
RECTOR.

Ad

II.

AD SPONSVM.

Inieram læto AVGVARIO miserabile carmen,
Nuper, de tristi funere Margaridos:
Verus quod fuerim, video, neq; vanus haruspex,
Dum IOACHIME paras post tumulum tha-
lamum.

Dum CATHARINA, tibi Conjurx lectissima, lecto
Nunc pellet luctum, lœtitiamq; feret.

Sic tumulum & thalamum Dominus prævidit utrinque;
Præteritum, præseris, quiq; futura regit.

Augurio VOTVM adjicio; quod ritè secundet,
Et velut illud, & hoc det Deus esse ratum:

Da sano sanam Sponsis in corpore mentem,
Da pacem atque fidem, rem, sbolemeq; Deus!

Quicquid & ulterius vitæ sibi postulat usus,
Suppedita, & seros in tua regna lege!

FIAT.

M. Iohannes Cajus, Scholæ Neandrinæ
in inclitâ Ilfeldâ, Rector.

III.

Axiimus usque piūm votis Deus annuit æquis,
Iusscipit & clemens vultu pia vota sereno.
Sic etenim nunquam fallax sermone repertus,
Qui non ut mendax Phœbi cortina maligni
Sparsa dedit dubius rapidis ludibria ventis,
Divina retulit sacro sancto in codice voce.

A 2

Insuper

Insuper & mentem summo labefactus amore
Iustorum dubijs rebus non deficit unquam.
Quapropter moesto desixo lumina vultu
Lethifero nulli solvatur frigore corpus,
Nec sua cordioras per curas pectora ducat,
Si transversa fremunt & ab atro vespere svari
Consurgunt venti noctemq; hyememq; ferentes.
Cymba quidem justi ventis jactatur & imbris,
Non tamen immanni rapietur turbine præceps,
Sed mox ut nitidus Phœbæa lampade Titan
Fulgenti magnum splendore retexerit orbem,
Collectusq; levi pulsaverit aëre nubes,
Turgida placantur furibundis æquora ventis,
Et fortuna vices renovat mutata priores,
Ac iterum latus gratæ ad vertetur arena.
Hæc, cùm docte tuæ freta sœva Manarde carine
Sulcarunt, memet tibi rectius omnia noris.
Nuper enim fato vastos penitusq; sonantes
Accesti scopulos: stridens Aquilone procella
Velum adversa tuum percussit: turbine tristi
M A R G A R I S ab dormit rapidis correpta sub undis,
Deseruit nostras ævi non indiga terras.
Quid tibi mentis erat perdocte Manarde quid oris?
Nunc prora avertet, furet & nunc æstus arenis,
Nunc misero veniet cumulo præruptus aquæ mons,
Nunc, dolor, omnino terras cœlumq; profundum
Quippe ferent validi secum verrentq; per auras
Dixeris indignans magno cum murmure venti.
Sed pater omnipotens certo qui foedere novit
Et premere & laxas ventis dare justus habens
Teq; fidemq; videns speluncis abdidit altis
Horrisono ventos & firmo carcere clausit,
Imbriferasq; fugans nubes Titana reduxit,

Dum

Dum tibi connubio stabili propriamq; dicavit
Fulgentem pura CATHARINAM mente fideq;. Sic ruis ipse iterum spumas salis ære repressi,
Sic quæ prima fuit tumidis agitata procellis
Puppis, nunc vehitur Zephyris benè tuta secundis:
Et nunc omne tibi stratum silct & quor, & omnes
Ventoſi penitus ceciderunt murmuris auræ.
Est gravè (conijcio) simili pietate marito
Compare privari: longi tormenta doloris
Margaridis caro viduari munere: Sed quid
Scis hominis fati stadium decurrimus omnes,
Non data perpetuæ nobis stipendia vitæ:
Scis quoq; Margaridin communi lege solutam
Ad cœlum lœtam sese penetrasse coruscum.
Nunc illa optatum miratur limen olympi,
Sub pedibusq; videt nubes & sydera cœli.
Si tamen in pelagus te projecisse profundum
Naufragium statuis, CATHARINA resarciet omne.
Hæc mulcere potest fluctus & tollere ventos,
Hæc poteris Socia clarum contingere cœlum:
Hæc, si forte manent veteris vestigia luctus,
Tristitia solvet tua corda Manarde reliqua.
Et velut enodis runcinæ redditur asser:
Sic blandis nostro CATHARINA pudica Manardo
Depellet verbis omnes de pectore curas.
Sic Manarde tibi laxit post nubila Phœbus.
O felix nimium felix, vitamq; Deorum
Omnimò natus talis cui contigit uxori.
Non sic defessum venientis sibilus auræ,
Nec tam chorda juvat digitis percussa peritis,
Nec sic suavissimi volucres dulcedine cantus
Afficiunt hominum jucundo pectora sensu,
Quam socij præbent gratissima gaudia menti.
Legitimi lecti consortis verba maritæ.

Aerumnis contra circum vallatur acerbis,
Cui vincis venit mala connubialibus uxori
Coniuncta; heu quantis iactabitur ille procellis.
Nunquam rite ferent, miseram sua flamina navem:
Semper sardois apparet amarior herbis;
Horridior ruscus, violento senior apro:
Invidet iratis omnes mala vultibus horas,
Et socij tantum curabit verba mariti,
Quantum diexas torrentia flumina ripas.
Hanc in si forsan tua solveris ora, reservat
Aeternum factum memori sub pectore vulnus,
Gaudet & hinc Domini consortis fallere dextram.
Improba tot conjunx impellet voluere casus
Connubio junctum Dominum, tot adire dolores.
O felix & opum cunctis successibus auctus
Ad cuius thalamum consors devenerit uxori,
Castus amor cuius mentem praetexit & ora
Ingenuo candore, fide, pietate, pudore.
Hujus qui compos, Croesum Crassumq; triumphet.
Hanc ego, pauperie quamvis æquaret egenum
Irum, preferrem nice & rubeæq; puellæ
Innumeros clari que sinus possidet auri,
Vel cui sunt Tyrio saturata murice vestes
Multiplici currit quis plurima purpura circum
Mæandro. Veniunt nam foeta furentibus iris
Pectora damnato magni cum ponderis auro:
Et male moratis & moris moribus usi
Allatos uxor subito ruet æris aceros,
Atq; notbas condens falso sub pectore flammas
Heu à te vultu prorsus se spernet acerbo.
Hæc cogere pati transversa tumentibus hircis.
Ergo Manarde tibi sociali fœdere conjunx
Cum venit puræ quam clarat gloria famæ,
Quamq; dedit candor syncerus, & integravitæ

Dexteritas

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΓΡΑΕΓΟΝ ΚΑΙ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ

Dexteritas quas is nobiscum laude rigere,
Gratulor, & thalamo felicia fata secundo
Comprecor, & miserè ne vestros fata penates
Prætexant oro sorti prætentia malignæ,
Exulet à vobis sed tantum flebilis Ate,
Quantus ad ætherium cœli suspectus olympum.

Agnato cariss. scripsit &
transmisit:

Antonius Töpperus, Schola
Neandrina Corrector.

III.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΓΡΑΕΓΟΝ ΚΑΙ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ

EXTAT IN ANTHOLOGIA MAGNA,

tit. eis γάμον. pag. 19.

Εινς ἄταξ γύμνας, τάλι δέντερα λέκτερα μιώκει,
Ναυηγὸς τλάωει δίς βυδὸν ἀγγαλέου.

Interpretatio Hein. Stephani:

Si quis, postquam semel uxorem duxit, iterum ad secundum connubium contendit; Naufragus navigat BIS profundum periculosum.

VERSIO MORI:

Qui capit uxorem, defuncta uxore, secundam,
Naufragus in tumido BIS natat ille freto..

EPI-

Epigrammatis refutatio, per
inversionem:



Ponsā tu thalamos repetis, IOACHIME, secundā;
Bis petis insanum Naufragus ergo fretum.
Ab sit! Sic thalami quondam malē garrisit osor,
Feminei sexūs qui ferus hostis erat.
Nos aliter; sponsam qui novimus adjutricem:
Qui Iovae donum credimus esse bonum.
Osoris vertens ego scommata; dixero nuptiam
Esse fretum, thalamo quod mala cuncta vorer.
Mysta sacer multūm museo tristior exit,
Et mensā prandens vix tria verba facit:
At, maris instar adest mox uxor docta marito,
Quæ, veluti gurges, tristia voce fugat.
Ludo sepe reddit moestus vir pectore; pubes
Dum facienda fugit, dum fugienda patrat:
Mæsticiam verò (pelagus quasi) discutit uxor,
Et lætum reddit per sua verba virum.
Aula creat certas, certas dat curia curas,
Quos cœlare alios mas solet urbe mares:
SOLI sed sociæ curas & pondera pandit,
Quæ pro parte levat, parteq; dulcat onus.
Tale fuit pelagus Catharinula nostra; beatus
Vt mihi non raro TOPPIVS ille refert.
Tale futura tibi socio, ioachime, secundo:
Viq; sit, opto, tibi; sit mea, quæso, mihi!
Non ergo (Græcus valeat!) BIS Naufragus extas:
BIS frueris pelago, care Synerge, BONO.

Affini novo, plus sexennium Collegæ:

Matthæus Zimmermanus Arnst.

Rector Scholæ in inclitâ Sondershusâ.

Fertur

V.

Eritur Pontanus viduus viduam regas te Nata;

Tandem secundo nuberet marito:

Dum res, dum teneræ sineret quoq; dulce ver ju-

Fœdisq; nondum frons arata fulcis. (ventæ,

Quæ situs contrâ; Cur non prior ipse iusta obiret,

Tandemq; Sponsam duceret secundam?

Vt retulit: Metuo cum conjugé conjugem priore,

Me vix apisci posse comparandam:

Filia subjiciens; Et me quoq; cura terret, inquit,

Peior bonum ne Vir Virum sequatur.

Dictum quippe teres Patris, tum Filiæ rotundum,

Cautè inchoandum jus monens jugale.

Vt sibi quisque parem ducat; Sponsus parem maritam,

Parem maritum deligatq; Sponsa.

Non annis equidem, nec formâ corporis, nec ære,

Quod tressis unum cerdo quisque curat.

Inde frequens hodie, quod multi nuptiis secundis

Luunt mariti nuptias priores.

Sed potius naturâ, moribus, institutione;

Virî quod unum pensitant periti.

Vnde miser non est his, sed sacer, ordo conjugalis,

Ludusq; rerum plurium bonarum.

Ergo, connubium vel mercaturam equum boum v;

Venalium mox, astiment Coræbus;

Vel choreæ ductum, quo, si comes est iniqua, rufsum

Hanc deferat sub terminum choreæ:

Tu cum Pontano sentis, sentisq; cum peritis,

Collega noster Compaterq; noster.

A 5

Conju-

Conjugiumq; putas rem, quâ via nulla pœnitendi,
Casusq; fraudis non valet, dolivè.
Hinc toties & quâ te singula ponderare lance,
Preces & inter vota ferre, novis:
Ut pia Sponsa TIBI, Mater sincera FILIABVS,
Custosq; frugi RECVLIS, daretur.
Eja! cadit bellè, tibi præsentatur omne votum,
Manūs IEHOVAE tende porrò gratas.
Endatur uxorum thalamo decus inclitum piarum,
Sacris cui nil majus, & prius nil.
AEmula Margaridis quæ te veluti suos ocellos
Vnum fovebit, deperibit unum.
En datur haud equidem, vulgò ceu sæpè fit, noverca
Natabus acris, sed parens benigna.
Nam persuasa eadem quod sit caro post futura tecum,
Quidni tuarum mater est futura?
En tandem partis frugi datur administra rebus,
Quæ scit quid ultrâ quid citraq; rectum.
Quæ sine contemtu lenis, sine bile mox severa,
Præterq; sordes parca, non avara.
Hanc Sponsam tibi Sponse novam grator, tibiq; grator
Hunc Sponsa Spōsum; macte uterque utroque;
Vos amor æternâ jungat concordiæ catenâ,
Pacisq; nexu mutuæ perenni!
Sic quæ principio coiérunt foedera auspicio,
Rursum auspicio fine transigentur.
Interea vestris juvat acclamare, quod TOBIAE
SARAEQ; Gabel Medus iste, tædis:
Te Deus, ille Deus clemens, benedicat Israëlis,
Toriq; consors sic novella felix:

VI

Vt Natos Natorum, & qui nascuntur usque ab illis,
Indesinenti stirpe conspiceris.

χαίρω μετὰ χαίροντος
Justus Ernestus Badensis,
Cantor Sondershusinus.

In felix non es, ter es & quater orbe beatus,
Casto qui flagras castus amore tori.
O mnia felici tibi cedent fine: lebova
Auspicem nam thalamum prospera quæque manent.
Ad stipulante Deo, sancti non fædera lecti
Tristia, non ullo tempore tristis amor.
Christus de celso tibi nam benedicet Olympos;
Hic dabit inceptis fata benigna pijs.
Hic dabit, ut Natis vernet tibi mensa tenellis,
Atque tuas cingat garrulus ordo dapes.
Is vel per somnum seculo singula reddet;
Reddet, quas vitæ postulat usus, opes.
Munere TE tali dota vit lova, maritam
In thalamum duxit qui tibi, Sponse, piam.
Vis beet ergo Deus te porro? Numin a cura,
Nec non munus, mi loachime, tuum.
Sic cernes Natos, & qui nascuntur ab illis;
Augericernes posteritate polum.

Præceptor olim suo ex inclita
Salana mittit:
David Speiser Sondershusinus,
ss. LL. studiosus.

VII.

Vō ruis incautus, tædas Manarde jugales
Dum repetis? Lectinum te non damna prioris
Absterrent; Puerum, dicunt, semel ignibus ustum
Ad visam saltem post expallescere flammam:
Nec Piscatorem læsum se credere curuis
Deinceps fluminibus. Cur immemor ergo malorum
Conjugij, rursus curis & mille periclis
Vndanti properas tete committere Pontos?
Sed nugas duco; quæ gannivere Sophistæ
Osores thalami, socialem, incommoda, lectum
Ferre: nec esse onus, ast onerum jam credo levamen,
Magnarumq; minus causam, magis esse medelam
Curarum tædas: è cœlibe noxia plura
Enasci vitâ probat hoc iteratio vinclis:
Vestra maritalis. Quod si sententia stare
Futilis illa Sophistæ; variis caput ante retractum
Non iterum objiceret tricis, pelagoq; (quod ajunt)
Horrisono curis. Ergo communio sortis
Experto melior tibi cùm sit visa jugatoe:
Numine sit præstò, repetitaq; foedera i OVA
Vestra heet, votis vestris optata ferendo;
Binaq; conjugat stabili concordia nexu
Pectora: pax thalamum firmet, quod pignora longa
Cernatis serie multos producta per annos.

Ex veteri monasterio, quod est Oldis-
lebij, transmittebat:

Eobanus Bertram Sondershusinus.

ERPHORDIAE
Typis Iohannis Pistorij, 1598.

AB 113 723

ULB Halle
002 387 581

3



TA ->a

卷之二

卷之三

卷之三

Werden. **W**erden. **W**erden.

Thesaurus
Linguisticus
Anglo-Latinus

בְּרֵבָד

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

卷之三

Farbkarte #13

B.I.G.

